

*J. Kepplerus Matthiæ Berneggero,  
S. P. D.*

**G**Ratias ago Tibi, Amice Berneg-  
gere, qui me liberaſti onere ſcri-  
bendi ad te integras Epistolae; trans-  
miſſo ad me, qui ſchedulæ meæ o-  
perimentum faciat. Pragam ivi 8.  
Martii, evocatus à Cæſare, redii 26.  
Maij. Octiduo poſt Gringalletus ad-  
venit, læto, ut reor, augurio. Quis  
credat, Argentina mihi ſubſidia con-  
ſiliorum ſuppeditari ad abſolvenda  
mea ſtudia? Initia ſpei pleniffima  
ſunt. Faxit DEUS, ut eventus re-  
ſpondeat, novaque averruncet im-  
pedimenta. Literæ tuæ priores Lin-  
cio mihi Pragam ſunt miſſæ, & re-  
miſſæ à me ad Guraldum, ſed finitis  
nundinis, re curata; itaque Gural-  
dus offenſiunculæ cujuſdam ſigna  
dedit in reſcripto. Opinor tamen  
Tonſoris rationem non eſſe habi-  
tam